

folio

ccccvii

luit et pphauit. sicut legit. i. Mach. i.
 Per quod significatur quod supbia et ambi-
 tio que riget in clericis qui non appetunt
 posse sed posse multam ecclesiam dei cora-
 minant. De quorum supbia et ambitioe di-
 citur Beati. Honorati incedunt de bonis de quibus
 deus honorum non deseruit. In de hijs
 quos quondam vides meretricios nitor: bi-
 strionicus habitus: regius apparatus. In
 de aurum in frenis et sellis et calcaribus pl^u
 calcaria quibus altaria fulgent. Et sicut per tres
 ecclesia pphauata extitit ita per tres alios dedi-
 cata et consuata fuit. Dedicatione primo
 fecit Moyse. Secundo Salomō. postea
 Judas Machabeus. Per quod insinuat quod
 in dedicatione ecclesie debemus habere hu-
 militatem que in moyse. Sapientiam que in
 Salomone. Vera fidei pfectionem que in
 Iuda notatur. ¶ Secundo videndum est de
 consecratione siue dedicatione templi spiri-
 tualis quod templum sumus nos. i. congre-
 gatio omnium fidelium que constituitur ex la-
 pidibus viuus. i. per. ij. Tanquam lapides vi-
 ui superedi. et. Unde cantatur. In iambibus
 pressuris expoliati lapides. et. Constituitur
 ex lapidibus quadris Quatuor enim latera
 lapidis spiritualis sunt fides spes caritas et o-
 peratio que equalia sunt. Quatuor di. Gre-
 gorius. Quantum credis tam speras. et qua-
 tum credis et speras tantum diligis. quan-
 tum credis speras et diligis: tantum operaris.
 In hoc quidem templo altare est cor nrm.
 Super quod altare tria deo debent offerri.
 Primum ignis dilectionis perpetue. Levi.
 ii. Ignis. i. dilectionis erit perpetuus. et
 nunquam deficiens in altari meo. i. cordis. Se-
 cundum orationis odorifere. i. Para. vi.
 Aaron et filij eius adolebant incensum bo-
 locustomatis et thimiamatis: Tercium est
 sacrificium iusticie: quod sacrificium consistit in
 oblatione penitentie. in holocausto dilecti-
 onis perfecte. et in vitulo carnis mortifica-
 te. De hijs dicit Psal. Acceptabis sacrifici-
 um iusticie oblationes et holocausta tunc im-
 ponent super altare tuum vitulos. Templum

autem spirituale quod sumus nos ad similitu-
 dinem templi materialis consecrat. Pri-
 mo enim sumus ponas. i. christus bo-
 stium cordis clausum inueniens circuit ter-
 dum peccatum oris cordis et operis ad me-
 moriam eius reducit. De hoc triplici circui-
 tu dicit Isa. xliij. Sume cibatum quo ad
 primum. Circui citatem quo ad secundum.
 meretrici obliuioni tradita propter tertium.
 Secundo ipsum hostium cordis clausum ter-
 percutit ut sibi aperiat. Percutit enim ipse
 cor ita beneficii consilij et flagelli. De qua
 triplici percussione dicit Prover. i. quantum
 ad malos. Extendi manum meam. et non fuit
 qui respiceret. et hoc quantum ad collata be-
 neficia. Desperistis omne consilium meum. et
 hoc quantum ad inspirata consilia. Et incre-
 pationes meas neglexistis. hoc quantum ad
 illata flagella. Vel ter percutit dum vim ra-
 tionalem mouet ad peccati cognitionem.
 concupiscibilem ad dolorem. irascibile ad
 peccati vindictam et detestationem. Ter-
 cio ipsum templum spirituale ter intus et
 extra debet irrigari. Hec autem trina irrita-
 tio est trina lacrimarum interiorum vel aliquan-
 do exteriorum infusio. Mens enim sancti vi-
 ri ut dicit Greg. dolore afficitur: considerat
 ubi fuit ubi erit: ubi est et ubi non est. Ubi
 fuit inquit in peccato. ubi erit in iudicio. ubi
 est in miseria. et ubi non est in gloria. Quia
 ergo interiores vel exteriores lacrimas in-
 fundit: considerando. i. quod fuit in peccato et
 de ipso rationem reddet in iudicio. tunc istud
 templum iam semel aqua aspergitur. Quia
 autem in miseria in qua est ad fletum com-
 pungitur tunc secundo irrigatur. Quan-
 do vero pro gloria in qua non est lacrimas
 fundit: tunc tertiam aquam aspergit. Hinc
 autem aque admiscetur salinum et cine-
 res: quia cum hijs lacrimis debemus habere
 vinum spiritualis exultationis: sal manu-
 te discretionis. et cineres profunde humili-
 tatis. Vel per vinum limbatum intelli-
 gitur humilitas christi quam habuit in carnis
 susceptione. Vinum enim limbatum est

R ij